Antonius de Parma: Postilla super evangelia dominicalia per circulum anni cum quadragesimali
Cologne: Johann Koelhoff, the Elder, 1482 



confundere. Unde congregati venerunt ad xp̄m in magna multitudi
ne et vnus ex eis magnus doctor legis locutus eſt ꝓ ſe et pro aliĳs d.
Mgr̄ qđ eſt mandatū magnū in lege Queſtio fuit bona ſed ip̄e mala in
tentione et cogitatione fecit. Cogitauit em̄ apud ſe ſi bene reſponderit
nō reputabit magnū ſcȝ ſcire mandatū legis. Si vero nō bene rn̄derit
cōfundemus eū corā ꝑplo ſicut inſciū et denigrādo famā eius et ꝑplm
auertemus a ſequela eius. Sed dn̄s humiliter et ſimpliciter reſpondit
veritatē et dixit ei. Diliges dominū deū tuū ꝛc. hoc eſt maximū et pri/
mū mandatū. Secundū eſt ſimile huic. Diliges ꝓximū tnū ſicut teip̄m
In his duobus tota lex pendet et ꝓphe hoc mandatū de dilectiōe dei
et proximi dr̄ vnū. qꝛ vnā radicē hȝ ſcȝ dilectionē et dicunt duo. qꝛ ha
bent duo obiecta ſcȝ proximū et deū. Dicit etiā primū et maximū mā
datorū omniū dignitate. qꝛ antecedit nō ſolum tp̄e ſed etiā dignitate ꝛ
nobilitate Nā in celo et in terra nihil maius nihil iocundius nihil rōna
bilius. Auctoritate qꝛ omnia alia ab ip̄o dependēt et in ip̄o includunt
Vn̄ iſto ſeruato omnia ſeruātur. ideo bene dr̄ ꝙ lex et ꝓphe dependēt
in iſtis duobus. Aug⁹. Tota ſacra ſcriptura nihil aliud ꝓcipit niſi cari/
tatem. Sequitur ꝙ iſte doctor q̄ reputabat ſe multū ſapientē et domi/
nū ignorantē. audita reſpōſione eius ſic pleniſſima ꝯuocauit ad partē
alios phariſeos et habita collocutione ſuꝑ reſpōſione xp̄i cū nullus ſci
ret cōtradicere ſiluerunt. Et factū eſt vt illi qui ſic venerāt xp̄m cōfun
dere eſſent cōfuſi. Hoc etiam ſepe cōtingit ꝙ qui alios verbis vl̄ factis
vituperare nitunt ab aliĳs ꝯfundantur. Illis aūt ſic cōgregatis dixit
Jeſus. Quid vobis videtur de xp̄o cuius filius eſt q. d. Vos feciſtis
mihi vnam queſtionē et ego reſpōdi vobis. modo reſpondete mihi ad
vnam breuem queſtionē Quero de xp̄o quē dicitis venturū ad ſaluan
dum cuius filius ſit. i. dei vel hois. Erit ne deus et homo vel homo tā
tum. dicite quid ſentitis Ac illi dixerunt erit filius dauid et nō deus et
homo. Et certe ipſi peſſime reſpōderant. et eſt heretica eorūm reſpōſio
Dn̄s aūt humiliter et dulciter oſtēdit ex ꝓphetia dauid eos male dice
re ꝛ ait. Quō dauid in ſpū ſancto loquēs vocat xp̄m dn̄m ſuū d. Dixit
dn̄s. i. pater dn̄o meo. i. filio ſede a dextris meis. i. ad mei equalitatem
donec ponā ſ. in die iudicĳ inimicos tuos. q̄ te ꝑſecuti ſunt ſm carnem
et tibi inobediētes fuer̄t. ſcabellū pedū tuoꝝ. i. ſub tua poteſtate vt de
ipſis ſicut iudex facias iuſticiā. Cum ergo dauid vocet eum dn̄m ſuuȝ
cōſtat ꝙ nō eſt filius eius terrenus. quia ſm hoc nō eſſet eius dn̄s ſed
ſolū filius. Vn̄ relinquit ꝙ eſt deus verus et homo verus. qꝛ dei filius
et de ſeie dauid ſm carnē natus. Et ideo ſm diuinitatē ſuam vocat

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-491/0330
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG